

1429 die 29 Junij.

Ex Orig. Arch. Regni

595.

Consensus ad redimendum Mosina

139

Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithuaniae
necque princeps supremus et haeres Russiae,
Significamus tenore presentium, quibus ex-
pedit Universis. Quomodo attendentes, grata
et accepta fidelitatis studiosa obsequia stre-
nui Petri Buyrisaki Castellani Gneznensis
militis gratè nobis dilecti, quibus nobis
multipliciter placere meruit, et in futurum
aucto fidelitatis studio prestantius poterit
complacere, horum intuitu, volentes ipsorum
specialium gratiarum nostrarum prosequi
favoribus, et ad servitia nostra continuo reci-
dere promptiorem sibi oppidum nostrum Mo-
szina cum villis Pozegowo, et Sowynyez in
terra Majoris Poloniae, et districtu Pozna-
niensi sitis, in tricentis viginti duabus mar-
cis numeri et monete Polonicae, qua:
draginta octo grosos in marcum quilibet
computando, a nobili Præthpelko herede de
Stauschewo filio olim Mosticzy de eadem
Stauschewo Castellani Poznaniensis concepi-
mus exemere, et liberare, quas iam de fa-
cto liberavit et exemit, nostro tamen con-
sensu et voluntate ad id accedente speciali.
Volentes igitur dictum Petrum Castella-
num Gneznensem de predictis tricentis vi-
ginti duabus marcis numeri et monete pre-
dictorum in quibus dictum oppidum Mosi-
na villasque Pozegowo et Sowynyez sic, ut
praesertim

praefertur liberavit, et exequit reddere certio:
rem sibi oppidum predictum cum villis Pogo:
gowo, et Souynyez prout in metis et gra:
nicis ipsorum longe lateque et circumscri:
bentialiter limitata existunt et distincte,
et innata nobis celsitudinis clementia ad
vita terminum ipsius ultimum et extremum
damus et concedimus tenendum habendum
utifruendum, cum omnibus et singulis ipsi:
us oppidi et villarum, utilitatibus fru:
ctibus redditibus, proventibus, censibus, a:
gris, pratis, borris, sylvis, Jais, rubetis, vir:
gultis, nemoribus, laubus, fluvij, fluminibus
piscinis, piscaturis, molendinis, et ipsorum
emolumentis, et generaliter cum omnibus
attinentijs, pertinentijs, quomodolibet ad di:
ctum oppidum Moschna et villas spectan:
tibus, per eundem Petrum Buyuszki Castella:
num Inegnensem ad tempora vita sua
ultima, ut praefertur pacifice possiden, post
mortem vero dicti Petri et obitum succes:
sores ipsius legitimi dictum oppidum Mo:
schina, cum villis Pogoowo et Souynyez
cum omnibus ipsorum pertinentijs, coheren:
tjs, et connexis, universis, tenebunt habe:
bunt et pacifice possidebunt laudiu, quo:
usque ipsis dicta tricenta viginti Dua
marca plenarie per nos vel successo:
res nostros, et ex toto fuerint persolu:
ta. Quibus exsolutis dicti oppidi et villa:
rum possessio ad nos et successore nostros

redditis



redibit, et revertetur pleno jure, stationibus nostris solitis in omnibus semper salvo, ratione cujus Donationis idem Petrus unam domum ligneam cum propugnaculis alias Spothzambicam in insula oppidi predicti Moschina edificare pro nobis tenebitur, atque edificia pro posse suo reformabit. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonia literarum. Datumi Quanae feria quarta ipso die Sancti Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono.

Ad relationem Venerabilis Vladislai de Opporow Secretarium Doctoris Prepositi Sancti Florianii Regni Polonie Vicecancellarij.

Ta Kopia przepisana z Oryginalu pargaminowego dnia 28^o Miesiaca Sierpnia Roku Pauskiego Tysiecznego Siedusetnego Osmdziesiatyego czwartego, u ktorego dotu wisi pieczęć na Zawia: see pargaminowej, sam oryginal zan: nihilowany.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]